



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

9 De modo exordiendi jejunium magnae quadragesimae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10949**

## Περὶ τῆς διαφορῆς τῶν τελῶν νηστειῶν.

**Δ**ιαφέρουσι ἡ αἱ δύο νηστεῖαι διὰ τῆς μεγάλης ποσαρακῆς, ὅτι οἱ τῆ ποσαρακῆ τῆς Χρυσῆ γενήσεως, καὶ Πέτρος καὶ Παῦλος, ἐδίξασιν ἰχθύας, καὶ δις τῆς ἡμέρας ἐν ἡ τῆ ποσαρακῆ τῆς παρ-  
θενε σὺν ἐδίξασιν ἰχθύας, ἀλλ' ὅμως ἐδίξασι δις ἡμέρας.

## Περὶ τῆς, πῶς ἄρχονται νηστεύειν ἐν τῇ μεγάλῃ ποσαρακῆ.

**Α**ρχονται ἡ νηστεύειν τῷ τῷ τρόπῳ. τῇ δεκάτῃ κυριακῇ πρὸ τῆς κυριακῆς τῆς πάχα, τετίσι τῇ ἐνάτῃ ἐβδομαδί πρὸ τῆς πάχα, καλεῖται σκεῖνη ἡ ἐβδομάς, πρὸ φωνήσιμ ἐβδομάς. Ομοίως καλεῖται καὶ κυριακῇ τῆς τελῶν καὶ φαρσαίς· διότι ἐν τῇ αὐτῇ κυριακῇ ἀναγιγνώσκουσι τὸ εὐαγγέλιον, ἔπειτα τελῶν καὶ φαρσαίς, ἵνα μάθωσι τὴν ταπεινώσιν, ταπεινῶν ἑαυτῶν, καὶ μὴ κατακρίνειν ἄλλους, καὶ καταλαδοῦσιν ὡς περὶ ὁ φαρσαίς κατέκρινε τὸν τελῶν καὶ σκολιάδη. καὶ ἀδυσιν ἀφ' ἐσπέρας καὶ τῇ ἐπαύριον ἐν τῷ ὄρθρῳ, τετίσι, τῇ αὐτῇ δεκάτῃ κυριακῇ πρὸ τῆς πάχα ἄσματ' αἰαῦτα μὲν μεγάλης φωνῆς, καὶ ξηρῆς πολλῆς καὶ μελοδικῶς ὡς τὸ ἀκείν πάντας. φαρσαίς φύγωμεν ὑψηλοῦν, καὶ τελῶν μάθωμεν ταπεινώσιν, καὶ ἔπειτα πιαῦτα ὅμοια. καὶ ἄρχονται ἐξομολογεῖσθαι τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν, καὶ τὰς ἀδικίας τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν συγχωρεῖν, ἵνα ᾧσι καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅταν ἄρχονται νηστεύειν.

## Περὶ τῆς ἐνάτης κυριακῆς πρὸ τῆς πάχα.

**Τ**ῇ ἡ ἐπομένη κυριακῇ, ἥτις ἐστὶν ἐνάτη κυριακῇ πρὸ τῆς πάχα, καὶ ἐβδομάς ὀγδόη, καλεῖται αὕτη ἡ κυριακῇ τῆς δευτέρας πα-  
ρῆ

## CAPUT VIII.

D E

## Differentia trium istorum jejuniorum

**D**ifferentia inter hæc jejunia & magnam quadragesimam in eo est, quod in quadragesimâ nativitatis Christi & Apostolorum Petri & Pauli, non solum pisces, sed etiam iteratâ vice de die; in quadragesimâ virginis vero bis quidem de die, at pisces nequaquam comedere liceat.

## CAPUT IX.

D E

## Ratione inchoandi jejunium magnæ quadragesimæ.

**J**ejunium hoc hunc ad modum auspicantur. Dominicâ decimâ ante te dominicam Paschalem, hoc est, nonâ, quæ festum præcedit Paschatos, septimana. Vocatur ea septimana, septimana Prophonestimos, ut & dominica publicani & Pharisei, quia evangelium, quod de publicano & Phariseo agit, humilitatis addiscendæ causa ea ipsa decima dominica prælegitur; ut scilicet addiscant omnes de seipsis modestè & humiliter sentire, nec alios judicando, cum Phariseo, qui publicanum condemnavit, pœnamque luit, in supplicium incidant. Circa vesperam usque ad diei alterius diluculum, hoc est, in ipsa decima dominica ante Pascha, ejus generis cantiones cantant, & voce magna, & simpliciter ut plurimum, & harmonicè, ita ut omnium penetrent aures, hunc in sonum: Fugiamus superbiam Pharisei, & discamus humilitatem publicani; & similia. Et peccata etiam sua confiteri incipiunt, offensarumque inimicis suis gratiam faciunt, ut ita animo undiquaque defœcato & puro jejunii initium faciant.

## CAPUT X.

D E

## Dominica nona, quæ festum Paschatos præcedit.

**D**ominica sequens, quæ est ante festum Paschale dominica nona, & septimana octava, vocatur dominica adventus secundi, & judicii

D 2